



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano
accommodata**

Hermann Werner <Paderborn, Bischof>

Nevhsii, 1687

Benedictio domorum in Sabbatho S. Paschæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36005

Benedictio domorum &c.

Benedictio Domorum in Sabbato sancto Paschæ.

Protochus, seu alias Sacerdos, superpelliceo & Stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ, ex benedictione fontium, ante perfusionem Chrismatis, acceptæ, visitat domos suæ Parochiæ, aspergens eas aqua benedicta. Ingrediens Domum dicit.

Pax huic Domui : & omnibus habitantibus in ea.

Deinde aspergit loca præcipua domus & habitatores aqua benedicta dicens.

Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluja. Et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, alleluja, alleluja. Psalm. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Gloria Patri &c. Dein.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Etsalutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam. R. & clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & sicut dominus hebræorum in exitu de Ægypto agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus, figurabat) ab angelo percutiente custodisti; ita mittere digneris sanctum angelum tuum de cœlis, qui custodiat, protegat, visitet atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio domorum alio tempore.

Si Sacerdos requiratur ad benedicendum domum infra annum, indutus superpelliceo & stola pro congruentia temporis. Ingressus Domum dicat.

Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.

Dein aspergit domum & incolas dicens.

Asperges me Domine & mundabor, lavabis me, & supernivem dealabar. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum amen.

V. Domine exaudi orationem meam. R. & clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum dominum nostrum. R. Amen.

Benedictio Loci

V. Adjutorium nostrum in nomine domini. R. Qui fecit.

V. Domine exaudi orationem meam. R. & clamor &c.

V. Dominus vobiscum. R. & cum spiritu tuo.

Oremus.

Benedic domine deus omnipotens locum istum, ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis & gra-